



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

III. post Dominicam S. Trinitatis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

ens igitur in seipsum suam plangit infelicitatem, suam insipiētiā, suam ingratitudinem & malitiam. Porro de sponsibonitate confidens, redire ad

Osee 2.

illum decernit, dicens: *Vadam & reuertar ad virum meum prōezm, qui a bene mīhi erat sūne, magis quā nūc.* Videsne quomodo per hoc, quod viam eius De-

Ecole. 18.  
Psalms. 31.

us spinis sepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari solebat, amaritudinibus repleuit, quod post concupiscentias suas eam abire non finit, quod eam

dēlinquere volentem virga corripuit, quod in chamo &amp; frāno maxillam

eius conſtrinxit, illam ad ſui cognitionem, ad refiſcentiam reduxit? Vi- des iam quod abſque vi illata, feruata animi libertate hæc anima immu- ta eft, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Dēū redire compulsa eft?

Lucx 15.

Similem quoque parabolam habemus Euangelicam de filio prodigo, qui a patre ſuo patrimonio accepto, in regionem profectus longinquam, toum

hoc quod accepit, in mererriceos turpesq; ac ſuperfluos vius profudit. Cum itaque consumbris omnibus, iam non folū quod luxui, verū quod ne-

ceſſitati etiam opus eſſet, non haheret, cuiam adhæſit, feruens illam

cuſtodiendi porcis. Vbi ingravescere fame ad tantam eft inopiam tan- dem redactus, vt de ſiliquis porcorum ventrem cuperet reficere eſurien- tem, ſed nemo illi dabat. Fames igitur & calamitas quam patiebatur, illum

in ſe reduxit, vt videret inſipientiam ſuam atque ſuum cognoscere erro- rem. Quocirca in ſe reuerlus dixit, *Quanti mercen. rī. būndant in domo pāri- mei paubus, ego autem hic fame pereo? Surgam igitur & ibo ad patrem meum. & di. am ēi: Pater peccauis in celum & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tau- ſi, ſed fac me ſicut: vnum de mercenariis tuis.*

Vides quid illi profuerit famē & ca- lamitas? Nunquid enim ſcelerum ſuorum, dum ſumptus adluac ad peccan- dum patrimonium ſuppeditare, illum pœnituit? Num ad patrem tunc ſibi redeundum ſtatuit? Minime. Ceterum vbi nibil ei non defuit, vbi mi-

ſeriam expertus eft, vbi infelix hic eſſe coepit, penitentia ad patrem ſalubri

confilio ſtatuit redire. Occaſiones igitur dum diuina misericordia nos con- uertendi querit, dum per multa occurrentia vel aduersa vel incunda ex

noſtentibus, nos (ſalua noſtra libertate arbitrij) volentes facit, dicitur com- pellere nos intrare. Beati qui ſic compelluntur, vt velint. Huiusmodi enim

compulſio, non violentia, aut coactio eft, ſed introductio, & blanda, felix

mutatio. Quam nobis Dominus noster Iesu Christuſ largiatur, qui ellin

ſecula benedictus, Amen.

### DOMINICA III. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiftola, I. Petri V.

**A**ū miliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exalteſt in tempore i-  
nterationis. Omneſ ſollicitudinem vſtrām projeſtientes in eum,  
quoniam ipſe cura eft de vobis. Sobri eſtote & vigilate, qua-  
dū aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circumuit, qua-  
nem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem paſſio-  
nem eī, quam in mundo eft, vſtra fraternitatē fieri. Deus autem omnis grātia,  
qui uocauit nos in aeternam ſuam gloriam, in Chriſto Iesu modicum paſſio, iſe  
perficit

EHO

M M M

perficit, confirmabit, solidabitq. Ipsi gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

## PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

**M**ulta eruditione beatissimus Petrus hic nos instituit Apostolus. Primo enim ad humilitatem, quæ basis est vniuersi spiritualis ædificis nostri, hortatur nos dicens: Humiliamini sub potenti manu Dei. Quasi dicas: Viles existimate vos, & nihil esse coram Deo, agnoscentes in gratitudinem vestram, desidiam, atque animi infirmitatem, sub Dei omnibus potestate, virtute ac iustitia, cui ut subiecti sitis, necesse est. Consistit autem humilitas vera primo in obedientia, ne te contra Dei erigas præceptum, ne contempnas illud, aut negligas. Deinde in vera poenitentia, ut de peccatis tuis, nihil tibi blandiaris, te non excuses, sed vituperes ac iudices. Quantum enim Deo displaceat superbia peccatoris, tantum poenitentis humilitas, atque verecundia ei placet. Tertio consistit humilitas in vera patientia, qua flagella pro peccatis tuis de manu Domini suscipias, patienter feras. Flagellatus fuit Pharaon, & induxit: flagellatus est Nabuchodonosor, & ingemis. Ille ad obstinationem, hic ad poenitentiam. Ille ad damnationem, hic ad salutem proficiens. Quarto, sita est in reuerentia, qua bene sentias, qua diligas, qua honorem denique tuis præpositis, ac superioribus exhibebis. Humiliamini igitur vtrō sub Deo, & pro illius honore sub hominibus. Quod si feceritis, vosquæ subieceritis, & eius manum tuleritis patientiæ, cum magno fructu id facietis. Itaque humiliamini, ut exaltebit vos in tempore visitationis, quem scilicet adiuverit ad iudicandos vos, aut in more singulariter, aut generatim in fine mundi, ut vnicuique iuxta meritaria retribuatur. Proinde nunc humiles estote, ut tunc glorioli inueniamini. *Apoca. 21.*

Omnes sollicitudinem vestram projicientes in eum, nō eam tantum, quæ est pro temporalibus rebus, sed omnem, puta pro quibusvis necessitatibus *Sollicitudo* vestris. Sitque posthac vna vobis duntaxat cura, humiliari scilicet per de- *omnis ut in Deum reli-* pressionem, ac mortificationem, per abnegationem, per poenitentiam, per cienda. *Genet. 15.*

Obedientia, per patientiam, & per prælatorū vestrorū reuerentia, quonia Deo ipsi cura est de vobis. Est enim humilius protector Dominus, sicut *Psal-* *Sapien. 6.* mus dicit: *Custodiens parvulos Dominus humiliatus sum & liberavit me.* Huiusmodi parvulus fuit Abraham, cui dixit Dominus: *Nolite timere Abraham ego protector tuus sum.* Et certe quanta fuerit Deo cura de illo, sacra testatur Scriptura. Si quidē in Ur Chaldaeorū, & dum peregrinaretur vel in Aegypto, vel in Palestina, vel dum præliaretur cōtra quatuor reges, & numeratis veraculis suis illos insequebatur, quā abduxerant prædam omnem de illorū manu extiuiens recuperaret, num de Abraham cura Deo nulla fuīt? Itaq; sequitur: *Sobrietas in corporis alimenti, sed omnī rēti etiā, quæ pertinet ad voluptatē, vel ani-* *mi vel corporis.* Nam sobrietas non in his tantū quibus carni, sed in his etiā quibus spiritui seruitur, puta in lectiōe, scientia, meditatione & corporis afflictione est necessaria: ut nihil immodestū, nihil nō rēperiatū, nihil nō rationabile ac discretū in nobis fiat. Estote igitur sobrij & vigilare per studia, exercitia, operas bona, ne vsquā offensioni diuinæ, nec machinatioi diabolice.

NNN 2 in vo-

in vobis detur locus, quia aduersarius vester diabolus, quē continuē vobis quomodo habetis insidiantē, ita semper suspectū habere, atq; contra eundem in armis esse vos decet. Hic tanquā leo rugiens circumit implacabili odio vos persequēs, & occasiones, studia vestra, naturales conditiones, & occupationes vestras considerans, quārit quē deuoret, seu quē per mortale peccatum, per quē amissionem gratiæ diuinæ sibi incorporeret. Cui fortis resistire infide. Fortes decet ad resistendum hosti nos exhibere. Itaque fortitudo animi in pugna est necessaria, omnisq; procul abiencia, tam ignavia, quam pugnanimitas. Resistite autem in fide, credentes ē cælo auxilium vobis affutrum. Quod in fide quoque imploretis à Domino, nec in vobis confidatis, sed in Dei adiutorio: quo vos erigatis contra diabolum, cuius nulla est virtus, vbi illi fides restiterit. Resistite igitur diabolo, & fugiet a vobis. Nec vos molestiq; huius tædeat, scientes vos non solos esse, quibus bellum est cum diabolo, sed vestræ fraternitatí, hoc est, omnibus electis, qui in mundo sunt, passionem quoque hanc eneire. Militia namque est vita hominis super terram. Itemnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Deus autem omnis gratiæ benignissimus collator: Nihil enim nobis debetur pro his, quæ nos soli hic absque Dei gratia gessimus, quam poenæ & supplicia. Quippe qui à nobisipsis nihil habemus aliud quam non esse, ab omni bono decere, ad vitia, ad nostræ destructionem, ad perditionem quoque proclivesse, & in peccata non tam labi quam ruere. Reliqua quæcunque bona sunt, à Deo sunt. Itaque Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in gloriam suam, ut adoptionis simus hic per gratiam eius filii, atque bonorum cælestium heredes in Christo Iesu, seu per Christum Iesum, modicum quidem passos. Passio est introductio in gloriam, quandoquidem de Christo scriptum est: *Oportet et Christum pati, et sic intrare in gloriam suam.* De filiis quoque Zebeki scriptum est, quod petentibus per matrem confessum cum Christo in eius regno, respoderit Christus: *Potestu bibere calicem quem ego bibiturum sum!* Significans nimis passionem necessariam ingredi volentibus in gloriam æternam. Dicit autem Petrus hic modicum quidem passos. Quare modicum aestima? Quia præsentis vita omnis afflictio modica & momentanea est comparata immensitati gaudij cælestis. Sequitur: Ipse, hoc est, Deus, qui in vobis cœpit, perficiet, consummabitq; gratiam suam in vobis operantem, ipse voluntatem vestram bonam confirmabit perseverantia. Ipse denique hanc roborabit, ne deficitias in tribulationibus. Ipsi gloria, quo omnes illum adorent, prædicent, ac laudent. Ipsi imperium, cui omnes se subiungant in seculorum, Amen.

## EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ III.

post Dominicam Sanctissime Trinitatis. Luce XV.

**P**rima Dominica S. Trinitatis succedente Dominicæ Dominus nos ad timorem compungi voluit, saltem seruilem: historiâ de epulone narrans miseram, quo nos mundo non fideremus, temporaliaq; discerneremus contempnere, carere gaudijs, illicitisq; quibuscumque voluptatibus. Sequenti post illam Dominica allicit nos ad coenæ cælestis desiderium, mentores nos esse volens vocationis nostræ, & parata omnia quæ sunt nobis ad salutem necessaria, modo voluntas bona, studiumq; veniendi accedit.

Luce 16.

Luce 14.

Rom. 8.

Luc 24.

Matth. 8.

Marc. 10.

2. Corin. 4.

Iob 7.

Iudith 8.

Isacob. 4.

DOMINICAE III. POST TRINITATEM.

469

In hac tertia Dominica nos peccatores inuitamur ad accessum ipsius Salvatoris per poenitentiam. Quia in re terreamur Dei iustitia, misericordia nobis proponitur nostri Salvatoris, nunciaturque gaudium fieri in calo su- Lucus 15.  
per peccatore poenitentiam agente. Tantum abest, ut peccator poenitens non audiatur, aut non mereatur veniam. De hoc est Euangelium hodie num.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores,  
vt audirent illum.

Dominus noster Iesu Christus, non semel verbo, opereque, cur in mun-  
dum venerit, monstrauit. Nempe, vt quæ perierant, oves resuscitareret, quod Matth. 15.  
Ez. 33.  
Matth. 10.  
Psalm. 15.  
aberrasset reduceret, quod infirmum sanaret, & vt torum dicam, ut pecca-  
tores sibi reconciliaret. Dignatio misericordissima haec fuit, non necessitas. Ecccl. 12.  
Nemine enim eget Deus. Propter peccatores igitur eum venisse, in mundum  
terribilissimo constat. Propter peccatores incarnatus est, passus est, & mortuus  
est. Et quid propter peccatores non fecit? Quid propter peccatores non to-  
lerauit? Verum propter quos peccatores inquis? Quandoquidem scriptum Ecccl. 12.  
est: *Aliissimum odio habet peccatores.* Nunquid propter eos qui suas defendunt  
sordes, qui gloriatur in peccatis suis, & qui in transgressionibus præcepto-  
rum diuinorum perseverant? Minime. *Nemini enim mandauit Deus, nemini* Ecccl. 12.  
*consentit (tametsi non semper impedit) impiè agere.* Siquidem scriptum est:  
*Aliissimo odio est impius & impieras eius.* Cum his itaque peccatoribus Sapien. 14.  
nullam habet Deus familiaritatem (nouit enim qui sunt eius) vt pote indu-  
catis & reprobis. Nouit cum quibus peccatoribus conuersaretur: nempe his  
qui illum desiderabant, & quibus se poterat exhibere Salvatorem. Quod e-  
nim omnibus æque non se exhibit Salvatorem, ex ipsius impotencia non  
est, sed quia illum suis malitijs à se homines excludunt. Neminem enim ad  
bonum cogit, ne virtus non sit virtus, sed violentia. Sunt igitur alij pecca-  
tores qui odiunt peccata sua, qui se peccatores erubescunt, qui alias iustos  
afflant omnes, præter se. Oculos suos in se retrouent, sua peccata arten- Peccatores  
cum, seipso accusant. De alienis peccatis nihil se occupant, nec iudicant.  
tient, quinam reci-  
piantur a Chilio.  
De omnibus enim melius, quam de scipis sentiunt, ideo se continue plan-  
gunt. Quamdiu tamen (quicquid fecerint) Christus ad eos non venerit, aut  
ipsi venerine ad Christum, tamdiu adhuc peccatores manent. Ad hos pecca-  
tores (quia sunt humiles & sibi cogniti) accedit Christus, cum his mandu-  
cat & bibit, non vt foueat, palpetve & lastet in peccatis, sed vt eos à peccatis  
tripiat, & super eorum gaudeat poenitentia, faciatq; inde coniuicu in regno  
celesti & gaudium. Eam ob rem Dominus tam exhibuit se affabilem, beni-  
ignum, misericordem, plium, ac dulcem, vt peccatores huiusmodi humiles  
lumpus animis, resumptaque fiducia appropinquarent ad se. Appropi-  
nabant autem non gressu corporis tantum, sed & mente. Ni enim pedibus  
tantum accessisse profuisset, si corde à longe, & à Christo alieni stetissent. Ad  
hanc accessionem admonet nos Psalmus, dicens: *Accedite ad eum & illumina-* Psalm. 32.  
*mini & facies vestra non confundentur.* Certe non confundentur, quia nemini  
Deus peccata improparet, eadem corrigeret volenti. Et Iacobus ait: *Appro-*Jacob. 5.  
Matth. 9.  
Lucas 10.  
Paula 6.**  
pinquate Deo, & appropinquabit vobis. Fecerunt hoc Matthæus, Zachæus, Ma-  
ria Magdalena, & reliqui innumeri, quibus illud Pauli quadrabit dictum:

NNN 3. Qui

Ephes. 2.  
Appropin-  
quatio ad De-  
um sedabi-  
li quz.

Eccle. 9.  
Psalm. 100.

Conuersati  
cum impro-  
bis quibus  
licium sit.

Gregor.

Ita iusti quid  
sit, quidve  
intendat.

Lucx 7.

Murmuratio  
phariseorum

*Qui eratis aliquando longe, nunc propè fæcili estis. Appropinquatio igitur illa lan-  
datur, vbi vita & moribus ad Christum acceditur, vbi totius vita agitur  
conuersio ad Deum.*

Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: *Quia hic pe-  
catores recipit, & manducat cum illis.*

*Quamvis scriptum sit: *Viri iusti sunt tibi commensales, & in Psalmo legatur  
Superbo oculo & insatiabilico de eum hoc non edebam:* quo Pharisæi quoq; Christum rem facere illicitam putabant, quod peccatoribus se præbuit ambi-  
lem, & in conuersatione communem, haudquam Christo nocere potuit  
cum peccatoribus edere & conuersari. Proinde quemadmodum infirmi-  
ores homines sunt ab improborum conuersatione dehortandi, ne ab eis dis-  
cant quod deformis imitari: ita laudandi sunt perfecti, qui se communis  
exhibent peccatoribus, non quod negligenter abominationesq; eorum il-  
lis placeant, sed vt ad correctorem eos vitam, tam verbo, quam vita ex-  
emplo reducant. Hoc modo quoque Christum, qui inquinari non potuit,  
quiq; ad hoc venerat, vt ex peccatoribus iustos, ex infirmis ficeret sanos, de-  
cebat maximè, vt perinde ac medicus inter regrotos, inter peccatores Salu-  
tor, affabilis ac mansuetus veueret. Murmurabant autem Pharisæi adver-  
sus illum, qui compati debuerant peccatoribus, & super his pœnitentibus  
(quod Angeli quoque faciunt) gaudere. Sed reuera compertissimum est,  
quod magnus sentit Gregorius, falsam iuritiam (cuiusmodi pharisæica era)  
habere indignationem, veram habere compassionem. Indignabantur fali  
iusti his, qui veri esse iusti fatigabant. Super iniquos enim, & verus, & fal-  
sus irascitur iustus, dissimili tamen animo & mente. Iustus enim verus ira-  
scitur ex zelo, ac amore iustitiae, falso autem iustus liuore irascitur vindic-  
&c. Spernit enim, cui irascitur, proximum suum. Iustus s; penumero duci-  
ribus increpat verbis delinquentem. Sed aduertendum est, licet a posteriori-  
bus verbis aggrediatur in corrigendo proximum, internam tamen illum  
seruare dulcedinem charitatis. Intellige fili patrem cibi peccanti irascen-  
tem. Ideo enim tibi irascitur, ideo te arguit, vt à peccatis retractum te faciat  
meliorum. Porro mali non sciunt corriger, quia finem correctionis non  
querunt, nec ex charitate arguunt, sed vt dedecore, ignominia q; homines  
afficiant. Non igitur zelus rectus, sed superbia, arrogantia, & liuor in Pha-  
risæis erat, qui peccatores despiciebant, se illis præferentes. Peccatorum  
namque conforia non ideo, ne illorum fallerentur, paulatimq; abducen-  
tur erroribus, fugiebant, sed quia eos vt se indignos despiciebant, atque  
cum quibus ipsi iustiores non debeant conuersari, illos spernebant. Eam ob-  
rem Christum, aliosq; iustos in quaerari ex conuersatione familiari, cum  
peccatoribus existimabant. Huiusmodi Simon ille erat, qui Dominum re-  
cepit conuiuio, in quo mulier peccatrix ad Dominum accessit, suis lachry-  
mis pedes eius lavans. Quod cernens Simon intra se cogitans, dicebat: Si hic  
esset Propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quæ  
peccatrix est. Putabat enim Domino, vt se tangendum præberet peccatrix,  
non conuenire: haud dubium, si ad suos mulier pedes venisset, calcibus eam  
repulsurus. Pharisæi autem duas causas se habere putabant murmurandi,*

pata

## DOMINICAE III. POST TRINITATEM.

471

contra Christum quid intenderit.  
Ioel. 2.

Psalm. 132.

Luc. 15.

puta quod Christus peccatores reciperet, & cum illis manducaret. Grandis Pharisaeorum querimonia, quod iuxta Prophetam, Dominus esset clemens & misericors, patiens & multum misericors, præstabilisq[ue] super malitia. Grandecrimen, ac Pharisaeorum censura dignum, quod Dominus ad se redentes peccatores benignè susciperet, resuscitans de puluere inopes virtute, & de stercore eleuans peccatorum pauperes, ut collocet eos cum principibus populi sui cælestis. Hoc modo frater quoque senior quum domum ex agro rediret, audiret q[uod] ob fratris sui redditum, qui luxu omne in honeste patrimonium suum consumperat, patrem conuiuantem, & omnem familiam gaudem, inuidit, atq[ue] (qui sumul propterea gaudere debuerat) intrare noluit. Hoc modo Pharisæi quoq[ue] non probabant, sed rem aestimabant indignam, quod cum peccatoribus manducaret Christus. Se vero, cum quibus ederet, haud dubium aestimabant dignos. Verum, cum superbiam eorumq[ue] luoren[n]o ignoraret Christus, audi tamen quam benignè cum his liuidis murmuratoribus agat. Neque enim eos dure obiurgat, sed piè instruit per parabolam. Ideo sequitur:

Et[er]at ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quae perierat, donec inueniat eam?

In hac parabola nihil vult dicere aliud, quam iniustè illos murmurare super hoc, quod animas ipse diabolica fraude amissas, atque abductas quæret reducendas: quandoquidem qui contum habet oves, unam si perderit, requiris, reducereq[ue] satagit in locum & ordinem unde excidit. Qod quare non similiter est faciendum in animabus, si id sit de oib[us]? Homo itaque ille Deus est, qui habet centum oves, id est, universitatem creaturarum, Angelorum & hominum. Per nonaginta autem nouem indicat cho- Angeli & ho-  
ros Angelorum, quibus si adhuc una addatur, fiunt centum. Sunt itaque mines curvo-  
centur oves. Angelii oves per inaocentiam, obedientiam & dilectionem. Est quoque na-  
ture humana ovis, sed que in primo homine seducta aberrauit ac perierit, vt  
Psalmita habet: Errauit ovis que perierit. Et Esaias ait: Omnes nos quis si oves Psalm. 14.  
transamus. Hanc ouem perditam, nonagintanouem alios in deserto, hoc est, Eiaiz. 53.  
in celo (vbi pascu[s] sunt æterna viriditas) relictis, Dei Filius quæsivit. Hoc enim ipse facetur, dicens: Missus sum ad oves, que perierunt domus Israël. Matth. 15.  
Quomodo autem quæsivit? Carnem assumendo humanam, prædicando,  
miracula faciendo, patiendo iniurias, virtus exempla monstrando, & nos sua  
morte redimendo. Quapropter in Ezechiele dicit: Ecce ego ipse per me visita-  
boles me as si ut p[ro]f[es]tor visitat gregem suum in die, quando fuerit in morte suum / ut  
rumq[ue] diff[er]entiarum. Charissimi filij attendite, quantum in nos misericordiam  
rogavit Deus, quod qui Angelis peccantibus non pepercit, nobis non so-  
lum pepercit, sed pro nobis etiam delicta nostra soluit.

Et cum inueniterit, imponit in humeros suos gaudens.

Inuenit ouem perditam Deus, cum humanam naturam assumpit, Ovis perdi-  
ta quam tunc in humeros suos imposuit, cum peccata nostra pertulit super quando re-  
lignum. Pro nobis enim omnibus ipse passus est, pro nobis vulneratus est, Pet. 2.

NNN &amp; &amp; eius

## IOAN. LANS. CARTHVS. SERMONES

472

Esaiz 33.

& eius liuore sanati sumus. Nam & Pater de eo dicit: *Propter scelus populi mei per cuius eum*. Humeri ergo Christi, cornua sunt crucis, quibus nos unde excideramus ad patriam, hoc est, ad ouile cælestis reportauit. Hoc Esaias praedens, dixit: *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, factis ipsi patib. Oves dispersas per varias peccatorum concupiscentias Christus congregavit, ut ipsemet dicit: Hierusalem, Hierusalem, quies volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos: suos sub aliis, & noluit. Hæc euim congregatio nihil aliud est, quam iustificatio peccatoris. In sinu suo agnos portat dicitur, cum ad se conuersos in pace & tranquillitate fuet conscientia. Tunc enim tranquilla tua potest esse conscientia, cum peccata tua damnum præterita, & futura exscraris. Ecce ipsa quoque portat. Fœtæ dicuntur animæ illæ, quæ ex noua conuersione diuina gratia impregnantur, ut multitudinem operum pariant bonorum. Quas portat, dum in suo eas seruio diuina consolatione confortat, ut non sentiant laborem.*

*Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illos: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.*

*In sua ascensione Christus haud dubium magno studio omnes Angelos, hominesq; suis ascendentes refecit: potissimum quod ouem perditam, id est, naturam humanam ad pacem cœlestia reduxit. Gratulandum enim maximopere est in peccatoris conuersione. Primo, quod Christi imago reformata est. Secundo, quod fructus meritorum ac passionis Christi non efficiens. Tertio, quod Angeli operam suam, hoc est, custodiæ, protectionem & gubernationem, quam homini impendunt, non locarunt gratis, sed gaudium de anima habent saluata, & fructum suæ percipiunt restauracionis. Aduertendum quoque est quod dicit Dominus. Non congratulamini mihi, cui maximè videbatur gratulandum, sed congratulamini mihi, quia Deo est gaudium vita nostra, & cum nos ad cælum reducimur, solennitatem lætitie illius implemus. Nam & laborem suum quem pro nobis fecerimus, quasi nihil reputat præ amore nostri. Neque enim sibi dicit gratulandum, quia redemit, sed quia inuenit ouem, minorem æstimans suam vitam, quam ouem, ut quod comparauerat sanguine suo, inuenisse se dicit, tanti faciens rem vel sic inueniam.*

*Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agentem, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

*Mirum hic videtur & dubium, an Deus præferat pœnitentiam innocentium, quod dicit maius gaudium ( repetitio enim sermonis eiusdem idem significat) fore Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agentem, quam super nonaginta nouem iustis, qui non egent pœnitentia. Sanctus Paulus conuersus ad Christum dubium non est, quin gratissimam Deo fecerit pœnitentiam. Sancta Maria etiam Magdalena vas dilectionis & amoris, gratissimam quoque fecisse Deo pœnitentiam quis dubiter? Deinde gaudium magnum in sua pœnitentia, & in furore moutatis virtus assumptæ amari.*

Aðor. 9.  
Lucus 7.In peccato-  
ris conuer-  
sione gratu-  
landum esse  
proprietatis

gelis fecisse quis negat? Sed nunquid maius fuit gaudium Dei, vel super Paulo, vel super eadem Maria Magdalena poenitentibus, quam super puritate, innocentia que, aut Ioannis Baptista, aut beatissimae Virginis Mariæ? Hæc *Lucæ* v.  
enim ab omni peccato est præseruata, ille à peccato in matris utero sanctificatus. Hunc igitur sentum haudquam voluisse mihi videtur Dominus intelligi, sed ut D. Gregorius astruit, solere multos inueniri innocentes, qui *Gregor.*  
gravia peccata non admiserunt, atque ideo quo minus Deum offendunt, tanto etiam feruore minori, minorique aueritate sibi imperare. Quia enim non multa illicita admiserunt, ideo licentius etiam licitis vrantur. Et verò alios qui in multis deliquerunt, qui feruentiori cupiunt studio perdita recuperare, fracta restaurare, neglectaque supplere: illis, quia gravia non admiserunt delicta, sufficere videntur, quod à peccatis contineant, & confessis rebus vrantur. Porro his qui multa illicita fecerunt, non item ut ab illicitis tantum abstineant, sufficere videntur, sed à multis etiam licitis se resonant. Itaque in huiusmodi verum est, maius gaudium fieri super peccatore poenitentiam feruentur agente, quam super iusto tepide, aut non feruentur se erga Deum exercente. In summa igitur hoc intelligendum est, ut ex eteris partibus (quod sanctus Thomas ait) semper præfetur, siue plus amatur innocens iustus, quam poenitens, aut à peccato conuersus. Aliquando tamen conditiones mutantur, ut poenitens refurgat melior, atque feruentior innocentia, & tunc haud dubium præfetur. Certe non auderem ad omniam sanctam Teclam præferre S. Magdalene peccatrix, licet illa virgo innocens, hæc peccatrix fuerit. Creditur enim Maria Magdalena, licet post peccata poenitens ardenter fuisse in charitate, quam fuerit Tecla in sua virginitate. Sic enim dicit Gregorius Magnus: Scindum est, quoniam sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, vteis quælibet peccatorum poenitentia præponi nullatenus debeat. Hic ergo collendum est, quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus si facit in celo gaudium, quando hoc quod malè geslit, per poenitentiam damat iniustus.

Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdididerit drachmam unam, nonne accedit lucernam & cuerit domum, & querit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenit, connocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdidera. Ita dico gaudium erit coram Angelis Dei, super uno peccatore poenitentiam agentem.

Eadem est parabola, eadem similitudo, ideo ex prioris parabolæ expositione facile sensus hic idem elucet. Hoc unum potest hic dici, per lucernam significari humanitatem Christi, quam Dei Filius in eo quod eam afflumavit, diuinæ charitatis feruore accedit, diuinæ sapientiae splendore illuminavit, omnique virtute perfectissimam, candidissimamque fecit. Hæc ita que sapientia incarnata inter homines conuersando domum, id est, synagogam euertit, prædicando, monendo, increpando, inuitando, ut drach-

OOO      mam

Gaudium fie-  
ri super pec-  
catore ma-  
gis, quam su-  
per initio, qui  
intelligen-  
dem sit.  
S. Thomas.

Lucx 19.

mam amissam, id est, animas imagine Christi insignitas, quas querebat, inueniret & saluaret. *Venit enim Filius hominis querere & salvum facere, quod pertinet.* Charissimi omnes nos errauimus, omnes peccauimus, & a pascuis celestibus excidimus. Cognoscamus animarum nostrarum pastorem, audiamus & sequamur eius vocem. Valeat magis in cordibus nostris vox Christi, quam fusurrium diaboli, carnis aut mundi. Nihil nos adeo trahat ad omnem obedientiam, quam purus Dei amor. Cui in omnibus optemus placere, qui est benedictus in secula, Amen.

## SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Quid sit appropinquare Deo, & eruditio[n]es que sunt in hoc Evangelio.*

Baruch 3.

Lucx 9.

Appropinquare Deo  
quid sit.  
Recedere à  
Deo quid sit

Iacob. 4.

Deo in quibus  
assimilari debemus,  
& in quibus non.

Eti. 14.

**G**audium maius est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia, Luca XV. Clementiam bonitatemque suam nescio quomodo peccatoribus, cum eis conueriendo, cum eis manducando & bibendo, eosq[ue] benignissima morem suorum dulcedine, vultus venustate, verborumque suavitate allicendo. Non se austерum exhibuit, quem sugerent timidi, sed perbenignum, ad quem configurerent etiam deplorati. Atque ideo (quod prima est erudito huius Euangelij) legimus, quod sumpta benignitatis Iesu occasione appropinquarunt ad eum peccatores & publicani. Iuxta humanitatem Christi loquendo, dubium non est, corporali conuersatione hoc hominum genus, quod conscientia grauabatur, accessisse ad Christum. Nam diuinitatem probibus accedere haud poterat, qua ubiq[ue] orbem terrarum implet. Quare Deo appropinquat nemo, nemō ab eo recedit, nisi ratione similitudinis, ac dissimilitudinis. Appropinquare igitur illi, est similem ei fieri. Ab eodem recedere, est dissimilem ei fieri. Ecce duas res habeo in manu, puta scripturam, picturamve in duabus chartis, nō eodem magistro, nec æque graphicè depictas. Volens dissimilitudinem artis indicare: de viliori pictura quid dic? Nihil haec pictura ad illam appropinquat, maximè ab illa distat. Itaque cum vtramque in manu iuxta teneam, distare tamen eac à se dico, non propter locum, sed propter dissimilitudinem. Parum est autem, quod linit nos appropinquare sibi, quandoquidem etiam appropinquat nobis, sicut scriptum est: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. R. sistit et abolo, & fugit a vobis.* Vult igitur nos sibi assimilari virtutibus. Neque enim vel in Christo omnis similitudo nobis est appetenda. Nam sunt quædam, quæ soli diuinari conuenient, habentia excellentiam, potentiam, gloriam & magnitudinem. In his nihil nos mouere debet ad appetitum similitudinis. Nequa enim debemus omnia velle scire, quæ nouit Deus, nec posse miracula facere nobis est appetendum, nec in gloria ei similis fieri, aut potentia. Ibi enim non oportet appropinquare, nec assimilari nos Deo. Sic enim Lucifer voluit appropinquare, & Deo fieri similis: *In cælum, inquiens, ascendam, ponam thronum meum à latere aquilonis, & similis ero altissimo: sed in abyssum deiecius est.* Itaque Deo soli gloria, nec nobis hanc licet appetere, nisi ad il-

illius, gloriam moderatis circumstantijs. Deo quoque soli competit vindicta. Ideo mea est vltio, inquit, & ego retribuxam. Ideo ne hæc quidem à nobis est perenda. In quo igitur assimilaberis Deo, vt ei appropinques? Nempe ut sis mundus & sanctus. Sancti, inquit, esote, quoniam ego sanctus sum. Ut sis perfectus. Vnde ait: Esote perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est. Ut sis misericors. Esote autem misericordes sicut Pater vester misericors est. Ut diligas inimicos tuos, sicut alibi dicit: Diligite inimicos vestros, & benefacite hi, qui odie sunt vos, vt sitis filii Patris vestri cœlestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Christo igitur appropinquare, id est, virtutibus eidem conformari, utilissimum est studium, ac exercitium. Ibi nihil poteris periclitari. Exemplar est enim omnium virtutum. Facigitur tu iuxta exemplar, quod tibi in monte, scilicet Calvariae, tumum Christi monstratum est. Vidiisti humilem inter latrones, sustine tu quoque tui consilium, & noli te efferre. Vidiisti patientissimum, nec exprobrantibus, & illudentibus respondere verbum. Et tu disce pati verba contumeliosa, & verbera dura. Orauit pro crucifixoribus. Tu quoque ergo his, qui te offendunt, ora. Gustauit fel & acetum, & tu quoque voluptuosis abstine, & non necessarijs. Breuiter, in omnibus operibus humanis, qua de Christo legis, audito hanc vocem: Exemplum tibi dedi, vt & tu ita facias. Secundo, accedendum nobis est ad Christum oratione, amore & voluntate. Amor tonungit, atque praesentes sibi efficit eos, qui loco distante non exiguo. Oratione via est, qua nobis quotidie est eundum: & hæc est, ad impetrandum potentior, quo ante per amorem ei magis sumus vicini. Quid ultra? Omnia nobis est Christus, ideo in omnibus, qua nobis aut necessaria, aut mortalia sunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Ambrosius item dicit: Ambros.

Exemplar omnium virtutum. Accedendum nobis est ad Christum oratione, amore & voluntate. Amor tonungit, atque praesentes sibi efficit eos, qui loco distante non exiguo. Oratione via est, qua nobis quotidie est eundum: & hæc est, ad impetrandum potentior, quo ante per amorem ei magis sumus vicini. Quid ultra? Omnia nobis est Christus, ideo in omnibus, qua nobis aut necessaria, aut mortalia sunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Ambrosius item dicit: Ambros.

Omnis anima accedat ad Christum, quia omnia est Christus nobis. Si vulnerare carere desideras, medicus est. Si febribus aestuas, fons est. Si grauatis iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vires. Si calum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum queris, alimentum est. Et hoc pro prima institutione sic dictum huius Euangelij, puta vt appropinquemus Christo, in imitatione vitæ illius ei conformari, assimilarive aliquo modo cupientes. Secunda eruditio est, vt sapientiam dicamus quam sapienter Christus fecerit, cum peccatoribus manducans, quam Christus exhibuit, sedum benigne. Neque enim magna curavit dispensatione, cum peccato tam familiarem se illis exhibuit. Erant enim inter Iudeos in mulieribus tiplici opinione homines constituti. Quidam rigorose viuebant, & hunc manducando.

Rigorem pro tempore & loco, puta ad commoda animarum, in conversionem peccatorum, ubi id ratio exigebat, relaxare non poterant. Erant enim nimis superstiosi. Alij sapientiam curiosa inuestigatione querebant, alijs miraculorum obserabant nouitatem. Omnibus his Christus misericordia sua retendit laqueos, quia capere voluit omnes, atque ideo retia eis salutaria, congruaque, quibus ut sagacissimus venator animas caperet, obtendit. Misit Ioannem austera agentem coram hominibus vitam, quo eos qui in austerritate vita aliiquid fidetur, conuerteret. Traxit alios communiter viuendo, atque benignitate, ac mansuetudine alliciendo. Quo enim se non despici videbant peccatores.

tores, eo magis tanquam ad verè misericordem, qui peccata donaret, se con-

uerterebant. Alios attraxit prædicando, vt dicerent le nunquam audisse ho-

minem loquutum, vt Iesus loquebatur. Alios quoque miraculis invitauit,

qui eius opera videntes, dederunt gloriam Deo, & gaudebant in omnibus,

qua siebant gloriose ab eo. Verum hæc Pharisei omnia calumnij perver-

tebant. Quod Christus quoque conqueritur apud Matthæum: *Venit loquutus*

*neque manu lucans, neque bibens, & duunt, Demonum habet. Venit Filius homini &*

*manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & porator vini, publicanorum &*

*peccatorum amicus. Est tamen quoque alia ratio, quare adeo familiariter,*

*communiterque cum hominibus vivit Christus. Quia enim omnibus uenit,*

*exemplum in se inuitabile cunctis præberere debuit. Si enim nimis rigorosam,*

*abstinentemque vitam duxisset, aut solitariam, quis illum potuisset imitari? Vita illius austeriora quodam exterruisset, ne accederet il-*

*lum fuisse ausi. Maiori igitur fructu animarum communem exhibuit*

*vitam, vbi alios alloquio, alios familiariter aspectu, alios benigno accessu, &*

*alios in templo, alios in conuicio ad se traxit, atque ad salutem conuenerat.*

*Dicere hictu quoque, si centum lucrandi animas noueris vias, si centum artis & modos scieris, quibus hominem à peccato speres reducendum, portu-*

*mores experiri, omnem impendere conatum, nihil noa motum relinquere,*

*donec peccatorem ad Deum reducas. Prodest autem maximè nobilibus in-*

*genijs mansuetudo cum maturitate morum zelosa, & cum exhibitione chri-*

*titaris. Recipitur enim libenter, quicquid cum mansuetudine mandatur,*

*quicquid ad modum obsecrantis aut fideliter suadentis magis rogatur,*

*quam præcipitur. Opus enim est illi, qui ex tua correptione fieri debet mo-*

*litor. Primo, ut sentias fideliter consilientem, vt pote qui illi bene vela-*

*Deinde, ut tam benigne tam modo adhibeas confilium, vt non exaspera-*

*tur magis, quam molliatur. Tertia eruditio Euangelica nobis verat iudica-*

*re peccatores. Quod enim Pharisei sapientia contra Dominum murmu-*

*bant recipientem peccatores, non suam prodiderunt iustitiam, sed super-*

*biam & iniuriam. Bis enim murmurantes, iniuste iudicabant Pharisei*

*hos peccatores penitentes. Arbitrabantur enim iniros & peccatores eos,*

*qui ad Christum accedebant, qui erant iusti. Iam enim conuersi erant ad*

*Christum, ideo iusti.*

*Secundo se iustos ipsi pugnabat cum essent peccatores. Erant enim superbis,*

*proximis se præferentes, eosdemque spernentes. Atque ideo synecram non*

*potuerunt cum illis habere compassionem. Vbi enim superbia est, ibi chi-*

*ritas non est. Quod ergo nos in illis pernitiosum, iniustum, ac noxiū vi-*

*demus, hoc nobis abstinentum est. Non igitur damnemus proximum, ca-*

*meti non recta in eo viderimus. Credendus enim potius est illico respu-*

*se nec sibi immemor fuisse salutis, vt malo perseueret in proposito. Filii*

*pro generali vos regula doceo, moneo & rogo, quicquid audieritis, que-*

*quid videritis, semper existimate proximum vestrum suam salutem nolle*

*negligere: sed & si peccauerit, interim tamen penituisse, & iam bona esse*

*voluntatis eum credite. Hoc sentite, hoc confidite de omni homine (nisi*

*non solum verba, sed & opera eius omnino aliud clamem: ) scilicet cum*

*esse penitentem, & in statu salutis. Hoc namque in incerto, ambiguoque*

*veritate.*

*Regula ge-*

*nerali, con-*

*tra temera-*

*ria iudicia.*

*T*

*V*

*E*

*I*

*N*

*U*

*M*

*R*

*A*

*C*

*G*

*H*

*I*

*L*

*M*

*N*

*O*

*P*

*Q*

*R*

*S*

*T*

*U*

*V*

*W*

*X*

*Y*

*Z*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

*qq*

*rr*

*ss*

*tt*

*uu*

*vv*

*ww*

*xx*

*yy*

*zz*

*aa*

*bb*

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*gg*

*hh*

*ii*

*jj*

*kk*

*ll*

*mm*

*nn*

*oo*

*pp*

versatur, & quibuscumque omnino secretum est, imo nobis quoque ipsis absconditum, timus ne boni coram Deo, an reprobis, sed Deo iudicium huius relinquendum est. Nostrum vero erit bonis exhortationibus, beneficijs exemplisque virtutum omnes inuitare, prouocareq; ad bonum. Iterum prospiciendum quoque nobis est, ne peccata in nobis spiritualia occulta fouentes, aut non discutientes dissimulemus, puta pharisaicam superbiam, arroganiam, inuidiam & huiusmodi, quae nonnunquam sub virtutum quoque specie latent: quae dum non agnoscuntur, non eradicantur etiam. Idcirco quod alij, hoc maximè etiam debemus nobisq; ipsi curare, scilicet ut eadem caueamus. Grauiora enim sunt vulnera, & plus habent periculi, quam <sup>Vulnera se-</sup> sunt secreta, & interna, quam ea, quae adeo sunt manifesta, ut videri, tan-<sup>creta esse pe-</sup> rigique possint. Spiritualia quoque virtus pestilentiora sunt carnalibus. Sequi-<sup>re</sup> <sup>Benignitas</sup> tur igitur ex his omnibus, peccatores hoc modo à nobis esse tractandos. Pri-<sup>Dei erga nos quanta.</sup> mo, ut culpas, seu virtus demus correctionem, compassionem naturæ, & gra-<sup>tu</sup> gratulationem. Quarta eruditio est sentire erga nos clementissimam benignitatem Dei. Vide enim cum qui requiri deberet, ipse quomodo nos requirat? Certe adeo, ut etiam lætitia sibi & angelis suis fieri testetur, si pec-<sup>Luca 15.</sup> cator redeat ad poenitentiam. Neque tamen hic tantum hoc astruit, sed in parola quoque de filio prodigo se ipsum nobis declarat, ubi narrat, quomo-<sup>Poenitentia</sup> do pater filium miserum dum audierat reuertétem, non solum nō pa-<sup>Laudata tri-</sup> trimonij profusionem illi exprobrat, nec conuictis infestatur, nec arguit dure, sed occurrens in amplexum, & osculum accipit reuertétem, vestibus donat, symphoniam & chorum instituit, gaudioque illum diem dedicans, conniuuum exhibet, quod perditus ille filius redierit, & saluus fit. Quare au-<sup>fermis.</sup> tem illam parabolam de filio prodigo & eius patre, aut de ois hinc erran-<sup>Lucas 7.</sup> te, ac patre familiis reducente narrat, nisi vt ostendat similia se facturum cum peccatoribus ad se redeuntibus? Accedit huc quoque quod gaudiū Angelis esse maius dicit de peccatore poenitentiam agente, quam de iusto non egente poenitentia. Non tamen hæc verba ita generaliter sunt intelligenda, quasi melior sit poenitens in innocentia, sed poenitentem illi præfert iusto qui se non egere existimat poenitentia, utpote malorum grauium sibi non concieci. Nam sunt iusti & innocentes, qui leuiā peccata (sine quibus in mūdo hoc non vititur) tantum plangunt quācum alijs crimina. Quis neget hos gaudium facturos Angelis Dei iacet iustos, habētes tamen quod amarē plan-<sup>Marc. 1.</sup> gant. Siquidem quanto Deo seruentius diligunt, tanto eidem inharent si-<sup>1. Cor. 9.</sup> delius, coque acriori, si vel paululum à rectitudine exorbi auerint, dolore torquentur. Postremo, discendum est hic triformem poenitentiam lau-<sup>1. Cor. 9.</sup> datam. Prima est enim purgans peccata. Hac lauit se mulier illa sancta Ma-<sup>ta Magdalena,</sup> ria Magdalena, qua ad Dominum intrabat in coniūnum, non coniuvanti-<sup>um præsen-<sup>ta</sup></sup> ia exterrita, quia eius animo non infidebat de hominibus cogi-<sup>ta</sup> tatio, sed desiderium Salvatoris. Secunda est poenitentia ornans, cuiusmodi in Ioanne reperitur. Baptista. Hic enim non solum poenitentiam sibi insti-<sup>ta</sup> tut, sed ad eremum, id est, ad locum poenitentia congruum etiam puer re-<sup>ta</sup> licitus parentibus exiit. Tertia poenitentia est conseruans, ne peccetur. Hoc modo opera poenitentia fecisse putatur Paulus, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem rededit, ne forte cum alijs predicatori, ipse inten-

OOO 3 retar

retur reprobis. Filij charissimi, effusio hæc paternorum viscerum diuinæ misericordia super nos compungat exciteq; nos, & ardentissimo vulneret amore. Cogitate quām iniustum sit offendisse benignissimum Patrē. Num satis non est haec tenus illum offendisse? Num satis non est peccasse? Num decet nos fidelissimum Dominum & Patrem nos requirentem, nos expectantem, ad nostrum redditum anhelantem gaudio priuare, & eius amorib; iudere? Heu filij merito sola nos eius charitas vulneraret adeo, vt totam vitam nostram, si quo modo, imperfecta aut reprehensibilis est, in eius cultum, honorem periter ac amorem mutemus. Sit semel finis operibus nostris illicitis. Deinceps Deo nostro tantam non faciamus iniuriam, vt eius praecpta, vt eius beneplacita negligamus: quia quo maiorem nunc nobis misericordiam ad nostri reductionem prærogat, eo nos durius ad se non conuersos damnat Dominus noster Iesus Christus iudex, seculorum viuerosum iudex venturus in æternum benedictus, Amen.

DOMINICA IIII. POST FESTVM SANCTIS  
sime Trinitatis, Epist. B. Pauli Apost. ad Roman. VIII.

**E**xistimo, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat. Vaniat enimatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertate gloria filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primi spiritu habentes, & ipsi intra nos gemmamus adoptionem filiorum Dei, expellantem redempcionem corporis nostri in Christo Iesu Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

**A**nte lectionem hanc dixerat beatus Paulus, nos Christi fore coherades, & si tamē compassi fuerimus, Christo quoque conglorificando. Netamen hoc videatur cuiquam graue, puta cum Christo pari, continuat: Existimo autē. Non dubitatu loquitur, sed quasi humilitatis causa, verbo dubitationis, cūm nihil hæsit, vtitur. Existimo autem quod haudquaque sint condignæ passiones huius temporis, quantumlibet saux aut dura videantur, si respiciatur, aut si comparentur ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam omnē tribulationē, etiam si equule & ignes adhibeantur, futuræ gloriæ meditatio, vbi mētem obsederit, leue dicet ac momentaneam. Si, inquam, placendi Deo appetitus menti humano insederit, vt iam conformari Christo in desiderio fuerit homini, tribulationem huius vitæ omnem pro nihilo ducerre illum facit. Nam expectatio creaturæ id est, homo expectans (dicitur enim homo creatura iuxta illud Euangelij: Prædicte Euangeliū omni creaturæ) expectat in se futuram reuelationem filiorum Dei, hoc est manifestam felicitatem ac beatitudinis manifestationem. Hæc enim vbi adepta fuerit manifestabitur quod

Marc. 16.